BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
B^a 0
11
NAPOLI

Bibliotheca Marcfoschinna.

Cristoph Gerualdi Calaberrini
veterum Sarmatarum Scriptorum
opusculum rarissimum. Ad
Christianissimi Galliarum Regis
exornatum.

60594 1 Rar. M. B. C. 11

Venumdantur in officina Dominici Custodis Aug. Vindel.
AN. DN. CIↃ. IↃC V.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI, DN. MAXIMILIANO,

COMITI PALATINO AD RHENVM, VTRIVSQVE BAIOARIÆ DVCI: PRINCIPI ET DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

VEniam, SERENISSIME PRINCEPS, præfari me, inclyto Sereniſſimæ Cels. Veſtræ nomini, quidquid operæ hoc meæ eſt, ſumma demiſſi animi ſignificatione, dicaturum, & æquum eſſe ſci[illegible], & libens volens vt humilimè peto, ita impetraturum non equidem diffido. Siquidem, vt paucissimis agam, quum has florentiſſimæ ſtirpis S. C. V. deſcriptiones doctiſſimus earum auctor, rogatus, mecum communicaſſet, quòd me imagines Sereniſſimorum aliquot Baioariæ Ducum, foras dare cupere intelligeret; ego eius, quod diu mecum animò agitaueram, propoſiti potens, quas dixeram effigies deſcriptionibus adiectas, præter officium facturus videor, niſi Sereniſſimæ Excels. Veſtræ conſecrem, ei vtique, quàquauerſum oculos circumferam, iure merito prorſum debitas. Scriptor, Stemma, eicones, Boica omnia. Ego, etſi genere & gente diuerſus, proximæ tamen Boijs & coniunctiſſimæ vrbis incola. Cetera ſciens prætereo, quæ ad hæc S. C. V. ſubiectiſſimè offerenda me inuitarunt, præterquam hoc; quod obſeruantiam in viros principes meam aliquot artificij mei monumèntis hactenus vtcumque teſtatus, quin eandem, oblata hac occaſione, erga Sereniſs. Excels. Veſtram, hoc meo conatu, quàm maxima poſſum demiſſione ſignificarem, committere non potui: vnum hoc imis precibus à S. C. V. vnicè contendens, vt qualiacumque mea

ſunt, clementiſſimo ea vultu excipere dignetur; vtinam talia, quæ cùm placeant, tum ad alia magnis viris accepta, muneris huius mei, monumenta conficienda me exſtimulent. Sereniſs. Excels. veſtram, laudatiſſimamque omnem Boiorum P P. familiam Deus Opt. Max. BONO PVBLICO, florentem ſemper velit eſſe atq; incolumem: cui Sereniſs. Excels. Veſtræ ego clientium infimus ſubiectiſſimè me etiam atque etiam commendo. D. Auguſtæ Vindelicorum; Calend. Sextilib. anni CIↃ IↃC V.

Sereniſs. Excels. Veſtræ
ſubiectiſſimus & de-
uotiſſimus

Dominicus Custos.
Chalcograph.

AD LECTOREM.

REPREHENDAR FORTÈ À PLVRIMIS, CVR EX λεωφόρῳ βαδίζων, NOVAM ET PENÈ NEMINI FREQVENTATAM HACTENVS VIAM INGREDIAR? SINO, REPREHENDAR. MEVM PROPOSITVM EST, NON CRAMBEN TOTIES COCTAM RECOQVERE: SED VERITATEM REPRÆSENTARE. CVI SECVS FECISSE VIDEOR, IS MEI FACTI RATIONEM REQVIRAT: QVI SVA MELIORA ARBITRATVR, MECVM CONFERAT: NEVTRVM FECISSE POENITEBIT.

CHRISTOPH. GEVVALDVS
V. I. D. Sereniſſ. Boiar. Duc. à Conſiliis & Secretis.

SEreniſſimorum Baſoariæ Ducum & Comitum Palatinorum Rheni auctorem, atq; primum Conditorem, ſuperuacaneum rati vlterius progredi, conſtituimus, Carolum magnum: non quidem ſecundum communem plurimorum errorem, vel ad Imp. LVDOVICVM pium, & deinceps ad Arnolphum, quem patrem ſpurij fabulantur Comitis Arnolphi, patris Leopoldi, vel ad Hugonem quendam deſcendentes, cuius fuerit filius Leopoldus ille Dux, ab Imp. Ludouico IIII. Illuſtriſſimus Comes, propinquus ſuus dilectus appellatus (id quod & veritate hiſtoriarum, & Chronologiæ, annorumq; ſupputationi manifeſtè aduerſari dignoſcitur) ſed ea generationum ſerie, quemadmodum ſuis locis infra patebit.

CARO.

CAROLVS MAGNVS ROMANORVM IMPERATOR.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE NAPOLI

Induperatores inter tu CAROLE magnos
Das magno Boijs stemmate MAGNE Duces.
Partio Celtarum Boij: mutare priores,
Nobilius Dominos scilicet haud poterunt.

CAROLVS igitur merito suo ob magnitudinem rerum laudabiliter gestarū Magnus cognominatus, nascitur A.C.742. cum patre Pipino, Bertrada matre, & fratre Carolomanno Rex Franciæ perungitur V. Id. Aug. A.C.754. ab Hadriano PP. aduersus Desiderium Longobardorum Regem in auxilium vocatus, eo deuicto, solenni ritu adhibito, Italiæ Rex, & Patricius

tricius Romanus communi Pontificis & sacrorum Italiæ procerum decreto efficitur A. C. 774. Baioariam coniecto Tassilone Duce, vna cum Theodone Filio, exigentibus meritis, in Monasterium, acquirit A. C. 788. à Leone Pont. Max: chlamyde Augustali indutus, et imposita aurea Corona pretiosissima Imp. Rom. August. consecratur, & à Clero P. Q. R. salutatur VIII. Cal. Ian. A. C. 801. Ludouicum Fil. Imperij consortem adsciscit, & Bernhardum ex Pipino Filio nepotem Italiæ Regem declarat X. Cal. Dec. A. 813. Tandem post debellatos Longobardos, Saxones, Hungaros, Saracenos, Hispanos, & hostes alios; Ecclesiæ Catholicæ assertor, & Italiæ restitutor præclarissimus, subitâ febri, & sæuo laterum dolore correptus, moritur V. Cal. Feb. A. 814. annos natus 72. sepultus Aquis in templo D. Dei Genitricis à se constructo.

Suscepit ex Hildegarde coniuge, Hildebrandi Ducis Alemannorum seu Suenorum Filia quæ obijt A. C. D CC. LXXXIII. Filios tres: Carolum, Pipinum, Ludouicum.

GENERATIO PRIMA.

PIPINVS Caroli M. Filius, Rex Italiæ ab Hadriano Pont. inunctus A. C. 781. cum alijs rebus gestis, tum Veneto bello feliciter absoluto præclarus, obijt VIII. Id. Iul. A. 810. sepultus Veronæ in monasterio S. Zenonis, quod rex ipse construxerat, Vir si diutius vita suppedit asset, virtutis magnitudine patriam, auitamq; gloriam facilè adæquaturus, ex Adelhaide coniuge vnicum Filium Bernardum superstitem reliquit.

GENERATIO II.

BERNARDVS Pipini Italiæ Regis Fil. Rex ab auo Carolo M. declaratus, eiusdemq; jussu per Archiepiscopum Mediolanen. Modoetiæ coronatus A. 813. ob consilium de eripiendo Ludouico patruo suo Franciæ regno initum, rei capitalis damnatus, sed mutatâ sententia, luminibus orbatus, eiusq; Filio ac nepotibus in Baioariam abductis & in Comitum ordinem redactis (propter quam tamen sæuitiam Ludouicum in odium Imperij procerum veniisse & pœnituisse traditur) decessit. XV. Cal. Maij A. 818. sepultus Mediolani in Æde S. Ambrosij. Huius Filius Pipinus Iunior.

GENERATIO III.

PIPINVS

PIPINVS Bernardi Filius à Ludouico Imperatore in Comitum ordinem redactus, tres post se reliquit Filios:

Bernardum, Pipinum, Heribertum.

GENERATIO IV.

BERNARDVS Comes in Lengenfeld regione Bauariæ, Pipini Iun. Filius, Filium habuit ARNVLPHVM Comitem.

GENERATIO V.

ARNVLPHVS Comes Bernardi Fil. miles optimus & clarissimus, A.C. 891. contra Normannos fortiter dimicans occubuit, relicto post se Filio Luthbaldo, siue Leopoldo, quem Arnulphus Imp. præmium daturus paternæ virtutis, ducem creauit.

GENERATIO VI.

LVITBALDVS siue Leopoldus, (quem Ludouicus IV. Imp. Jll. Comitem, & dilectum suum propinquum appellauit) Arnulphi Com. Fil. ab Arnulpho Imp. propter virtutem patris contra Normannos exhibitam, Dux Baioariæ creatus, multa contra Hungaros & præclara gessit bella: tandem verò contra eosdem prælians occubuit III. Jd. Sextil. A. C. 907. suscepit ex coniuge Adelheide Fil. Othonis Saxoniæ Duc. Henrici Aucupis sorore binam sobolem masculam, Arnoldum, & Berchtoldum, qui post fratrem Baioar: Dux ab Ottone I. Imp. constitutus, vxorem habuit Gerbyrgam Giselberti, Lotharingiæ Ducis & Gerbyrgis Ottonis I. Imperatoris sororis Filiam, ex qua tamen nullis procreatis liberis, obiit IX. Cal. Decemb. A. C. 948. (à quo tempore vsq; ad an. 1180. id est, ad Ottonem VVittelspachium, per annos 232. integros hæc stirps ducalis à Ducatu fuit exclusa) sepultus in Cœnobio Altaichij inferioris.

GENERATIO VII.

ARNOLPHVS Mali cognomen sortitus ex causis passim ab Historiographis relatis, quibus tamen plurimæ aspersæ sunt fabulæ Leopoldi Fil. Regis iuxta titulum, Baioariæ Dux; obiit A. C. 937. vxorem habuit Gerbyrgam Rudolphi Comit. Altorfen. fratris S. Conradi Episc. Constantien. filiam, ex qua ipsi liberi fuerunt.

Eberhardus qui vna cum fratribus Baioariæ ducatu, quem sibi post Berch-

toldi obitum inconsulto Imp. Ottone I. vsurpabant priuatus, & in exilium missus legitur.

Arnolphus.

Hermannus qui captus in prælio & abductus fuit A. C. 952.

Iuditha vxor fratris Ottonis Imp. I. Henrici Saxoniæ & Baioariæ Ducis.

GENERATIO VIII.

ARNOLPHVS Arnolphi mali filius ædificauit castrum Schiram, ab hoc Comit. Schirenses & Palatini Baioariæ (qua dignitate, tunc post ducalem proxima ab Ottone I. Imp. insignitus fuerat) descenderunt: occisus fuit in pugna ante Ratisbonam A. C. 914. vxor eius Richsa Ottonis I. Imp. soror quæ filium ipsi peperit Berchtoldum.

GENERATIO IX.

BERCHTOLDVS Comes Schirensium & Palatinus Baioariæ Arnolphi Fil. occubuit in Calabria contra Saracenos A. C. 982. relicto post se Filio VVernhero.

GENERATIO X.

WERNHERVS Berchtoldi Fil. Com. Schiren. ex coniuge Beatrice Pannonia Filios suscepit Ottonem I. & Eccardum I. qui in itinere Palæstino interijt A. C. 1063.

GENERATIO XI.

OTTO I. VVerneri Fil. Schiren. Princeps, Palatinus Baioariæ obijt A. C. 1040. sepultus Frinsingæ, habuit vxorem Tutam Comitis. Nassauien. quæ fecit ipsum patrem Ottonis II.

Arnolphi conditoris Comitum in Dachau: & Conradi, à quo Comites de Phalai.

GENERATIO XII.

OTTO II. Otton. I. Fil. Com. in Scheyrn, & Palatinus Baioariæ, Aduocatus Ecclesiæ Frisingens: sub Eleandro Episcopo: obijt A. C. 1079. hic matrimonio sibi iunxerat Haligam Filiam Regis Arragoniæ, relictam viduam Comitis Hermanni in Cassel, & Sulzpach, quæ ipsa quoq; obijt A. C. 1103. cum prius

prius Monaſterium Vispachaun de dote ſua conſtruxiſſent: fuerunt his coniugibus filij tres: Bernardus, qui cum matre fundauit Monaſterium Vispachaun obijt ſine liberis.

Otto III.

Eckardus, dictus mit dem Puntſchuch *qui interfuit vnà cum fratre Ottone III. expeditioni Paleſtinæ, à Godefrido Bulioneo peractæ & ex coniuge Petriſſa ſuperſtites habuit Filios.*

Eckardum monachum in Scheyrn.

Ottonem & Bernardum Comites in VVolfratzhauſen.

GENERATIO XIII.

OTTO III. Otton II. Fil. Comes de VVittelspach (quam arcem ipſe condidit, ſuisq; ſucceſſoribus inde nomen dedit) & Palatinus Baioariæ: conuertit cum conſenſu cæterorum gentilium ſuorum caſtrum Scheyrn in Monaſterium: profectus deinde cum Guelfone Boio in Palæſtinam contra Saracenos, in eo itinere mortem oppetijt A. C. 1101. Hic Otto laudatur à Paſchali Pontifice. Coniunx ipſi fuit Agnes Lotharingiæ Ducissa, ex qua Filios habuit Ottonem IV. & Eckardum III. alij alias quoq; referunt.

GENERATIO XIV.

OTTO IV. ſenior dictus Otton III. Fil. Comes in VVittelspach & Palat: Baioar: monaſterium Ensdorf reſtauraut & alterum Understorf dictum fundauit, ibidem ſepultus. obijt A. C. M. C. XLVI. ſuſcepit ex coniuge Holica Comitis de Lengfeld ex Burggrauijs Ratisponen. quinq; liberos.

Fridericum, qui cælebs vixit & conuerſus, humatus in ſepultura paterna.

Ottonem.

Conradum Archiepiſcopum Moguntinen. S. R. E. Card. Sabinen.

Ottonem iuniorem Landgrafium ſeu Comit: Palat: in VVittelspach cui vxor fuit Benedicta Filia Mangoldi. Comit. de VVerd & Dillinga. Horum Fil. Otto Com. Palat: in VVittelspach, vltimus, qui Philippum Reg: Rom. occidit Babenbergæ A. C. M. CC. VIII. ipſe poſt ſimiliter occiſus A. C. M. CC. IX. & ſepultus in Understorf: ex cuius progenie, ob paternum ſcelus Baioaria pulsâ, quidam tradunt proueniſſe comites ſylueſtres, Die Wildgrauen.

Juſtitiam, vxor. Ottonis Comit. in VVolfratshauſen.

GENERATIO XV.

OTTO MAGNVS BAIOARIE DVX.

Iura tuum Boios in pristina Stemma recepit,
Te duce. sic Magnus iure vocaris OTHO.
Instauratorem nempe est fas dicere MAgnum.
Huius ceu generis Magnus *et auctor erat.*

OTTO VVittelspachius, qui ob animi magnitudinem, prudentiam, & in rebus agendis dexteritatem, Magnus dici promeruit: Henrico Leone Baioariæ Duce optimatum Imperij suffragijs abdicato, & crimine læsæ Maiestatis condemnato, à Friderico I. Imp. Dux Baioariæ factus est, A. C. M. C. LXXX.

LXXX. (eo ipſo hæc familia Ducalem & Electoralem dignitatem recuperauit, quam in hodiernum vſq; diem, Deo benefauente obtinet) obijt A. C. M C LXXXIII. relictis ex coniuge Agnete, Comite de VVaſſerburg, vno Filio, & Filiabus binis.

Ludouico.

Sophia, quam nuptam ferunt Poponi, Comiti Hennebergico.

Mechtilda vx: Rapothonis Marchionis in Craiburg Comit. in Orttenburg.

GENERATIO XVI.

LVDOVICVS Ottonis M. Fil. Baioariæ Dux, & com. Palat. Rheni à Friderico II. Imp. A. C. M. CC. XV. declaratus, caſu interficitur in Kelheim A. C. M CC XXXI. cum laudabiliter rexiſſet Baioariam, eamq; multis excoluiſſet modis. Huic matrimonio iuncta reperitur Ludomia Reg. Bohem. Filia (quæ prius maritum habuerat Comitem Albertum in Pogen.) fundatrix Monaſterij Seldenthal, vel Seeligenthal, propè Landishutam. Obijt ipſa, A. M. CC XL. ibidem ſepulta ex quibus coniugibus deſcendit Otto.

GENERATIO XVII.

OTTO Ludouici Fil. Baioariæ Dux, comes Palat. Rheni, armis clarus: obijt A. C. MCC LIII. vxor Agnes Henrici Com. Palat. Rheni filia; obijt A. C. MCC LXII. ex quibus coniugibus proceſſerunt.

Ludouicus.

Heinricus, qui obijt A. C. MCC XC. ſepultus in SÆLDENTHAL, cum genitrice ſua. Suſcepit verò ex coniuge Eliſabetha Belæ Hungariæ Regis filia, IX. Kal. Nouemb. A. MCC LXXV. defuncta, & eodem, quo maritus, mauſoleo humata, filios tres, & filias binas.

Ottonem Hungariæ Regem, Comit. Palat. Rheni, Baioariæ Ducem, V. Id. Septemb. A. C. M CCC XII. defunctum. Eius vxor prima fuit Catharina Rudolphi I. Rom. Reg: filia, quæ ſine liberis deceſſit. II. Agnes, filia Conradi Ducis Glogouien. in Sileſia: quæ & ipſa obijt A. C. MCCC LXI. progenito filio Heinrico Iuniore, dicto de Naterberg, qui obijt A. C. M CCC XXXIII. vxor Anna, filia Friderici Ducis Auſtriæ. Stephanum Com. Palat. Rheni, Baioariæ Ducem, qui obijt A. C. M. CCC XI. vxor Iuditha Ducissa Svveidnicen: in Sileſia, liberi ex his coniugibus progeniti.

Heinricus ſenior, obijt A. C. MCCC XXXIX. vxor Margaretha Iohann: Bohem: Reg: & Ducis Lucemburgenſis filia; obijt A. C. MCCC XLI. horum

coniugum filius Johannes, qui desponsata sibi Anna, filia Imp. Ludouici, ante nuptias obijt A. C. MCCC XL.

Otto, sine liberis obijt A. C. MCCC XXXV. vxor Richardis Gerardi Ducis Juliacen: filia, obijt A. C. MCCCLX.

Elisabetha vxor Ottonis Ducis Austriæ.

Beatrix vxor primo Heinrici Comitis Goricen: post Ruperti Com. Palat. Rheni, & Baioariæ Ducis, obijt A. C. MCCCXL.

Agnes monialis.

Ludouicus III. Heinrici I. fil. com. Palat. Rheni, inferioris Baioariæ Dux, obijt A. C. MCCC XI.

Sophia vxor Comit. Gebhardi ab Hirsperg.

Elisabetha vxor I. Regis Conradi: II. Meinhardi, Comit. Goricen.

GENERATIO XVIII.

LVDOVICVS II. Otton. fil. superioris Baioariæ Dux, Com. Palat. Rheni, obijt Heidelbergæ Kal. Febr. A. C. MCCXCIV. sepultus in Monasterio Fürstenfeld, à se constructo. Vxores habuit I. Mariam Ducis Brabantiæ filiam, decollatam VVerdæ, ob suspicionem adulterij, XV. Kal. Feb. A. MCCLVI. II. Annam filiam Conradi Ducis Glogouien: in Silesia, quæ obijt V. Kal. Junij A. C. MCCLXXV. ex hac susceperat filium Ludouicum, cui matrimonio iuncta fuit Elisabetha Friderici Lotharing. Ducis filia, cum qua tamen paucis diebus habitauit, interfectus Norimbergæ in hastiludio à Cratone comite in Hohenlöe A. C. MCCLXXXIX. quem pater inde transuectum in Fürstenfeld, iuxta matrem suam sepeliuit. III. vxor Ludouici fuit Mechtildis Rudolphi I. Rom. Reg. filia, quæ obijt X. Kal. Jan. A. MCCCIV. ipsa quoq; iuxta maritum sepulta. huius liberi.

Rudolphus, communis parens & progenitor Illustrissimorum Comitum Palat. Rheni, quotquot hodie exstant. obijt A. C. MCCCXIX. vxor Mechtildis, Comitis Adolphi de Nassavv, Rom. Reg. filia.

Ludouicus Imp.

Mechtildis, vxor Ottonis Ducis Brunsuicen. & Luneburgen.

Agnes, vxor Heinrici Landgrauij Hassiæ.

GENERATIO XIX.

LVDO-

BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

Augustum qui te Proceres, LVDOVICE, crearunt,
Laudibus ostendunt, te meruisse, suis.
Ergo tuis fessos, tibi, tot virtutibus hostes,
Non mirum est victas sæpe dedisse manus.

LVDOVICVS IV. Rom. Imp. V. Ludouici II. fil. Comes Palat. Rheni, totius Baioariæ Dux, Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ Comes, ac Dns. Phrisiæ, in quem sacri Rom. Imperij Electores (excepto fratre suo Rudolpho, & Archiepiscopo Colonien.) nimirum Petrus Moguntinen. Archiepiscopus, Balduinus Treuirensis Archiepiscopus, Iohannes Bohemiæ & Poloniæ Rex, VValdemarus Marchio Brandeburgensis, & Iohannes Dux Saxoniæ suum intuitum (sicuti in diplomate ad Rom. Pontificem scripto, his verbis testantur) diuina disponente

clementia, conuertentes, virum vtiq; Catholicum, orthodoxæ fidei feruidum, Zelatorem Ecclesiæ sanctæ Dei, & ministrorum eiusdem, ac pacis sanctæ ab ineunte ætate sua, experientia, quæ est rerum magistra efficax, attestante, deuotum & humilem amatorem, strenuum in armis, in iudicio iustum, in consilijs prouidum, in vniuersa morum honestate præclarum, benignum, affabilem & mansuetum, de alto & generoso sanguine Ducum, Regum, & Principum procreatum, ac in causis agibilibus pro regimine Reipub. quam plurimum circumspectum, in Roman: Regem elegerunt XIII. Kal. Nouemb. A. C. MCCC XIV. obijt A. C. MCCC XLVII. vxores habuit. I. Beatricem Polonam quæ obijt A. C. MCCC XX. II. Margaretham Guilhelmi Comit. Hannoniæ, Hollandiæ, Zeelandiæ, ac Domini Phrisiæ, filiam. Liberos suscepit ex Beatrice.

Ludouicum Marchionem Brandeburgen. qui obijt A. MCCC LXI. huius vxor prima, Margaretha Christophori Regis Danorum filia, quæ decessit sine liberis. II. Margaretha Maultäsch filia, Heinrici Carinthiæ Ducis, ex qua progenuit filium Meinhardum, cui desponsata fuit Margaretha Alberti Austriæ Ducis filia, sed ipse obijt ante nuptias.

Stephanum.

Mæchtildem, vxor. Friderici Marchionis Missniæ, et Landgrauij Thuringiæ.

Agnetem, monialem ad D. Iacobum Monachij, quæ obijt A.C. MCCC LII.

Ex Margaretha Hollanda nati sunt.

Ludouicus Romanus, huic promissa reperitur Kunegundis Regis Poloniæ Casimiri filia, secundo genita, intra annum à data literarum, vel ante, in matrimonium copulanda: obijt A.C. MCCC LIX. sine liberis.

Otto. Obijt A.C. MCCC LXXIX. annus, vxor Catharina Caroli IV. Imp. & Bohemiæ Regis filia.

Guilielmus, obijt sine liberis, Vxor. Mæchtildis Ducis Lancastriæ filia.

Albertus I. obijt A. C. MCCCC IV. vxor, Margaretha de Lignitz in Silesia, quæ fecit ipsum patrem:

Guilielmi II. qui obijt A. C. MCCCC XVII. relinquens ex vxore Margaretha, Philiberti Burgundiæ Ducis filia, filiam vnicam, nomine Jacobe, quæ obijt A. C. MCCCC XXXVI. nupta

I. Delphino in Gallijs. II. Johanni Duci Brabantiæ. III. Duci Hunfrido de Gloceſtriq. IV. Comiti de Osteruant dicto de Borselli.

Alberti II. quem quidam in Iuuentute obijsse falsò asserunt cum vixerit adhuc celebs A. C. MCCC LXXXVII.

Johannis Episcop. Leodien. qui postea vxorem duxit Elisabetham filiam Ducis Lusatiæ, obijt A. C. MCCCC XXIV.

Marga-

Margarethæ, quæ nupſit Johanni comiti de Carloÿs, qui fuit filius Philippi Audacis Burgundiæ Ducis.

Catharinæ vxoris Edoardi Geldriæ Ducis.

Johannæ vxoris Alberti Jun. Auſtriæ Ducis.

Margaretha, vxor Com. Gerlaci ab Hohenlöe.

Annæ, deſponſata primo Johanni Duci Baioariæ Heinrici ſenioris filio, quo ante nuptias mortuo nupſit Domino de Scala.

Eliſabetha, vxor Vlrici Würtenbergen.

GENERATIO XX.

STEPHANVS *ſenior, Jmp. Ludouici fil. Com. Palat. Rheni, Baioariæ Dux, ſac. Rom: Jmp. Electo. obÿt A. C. MCCC LXXVII. vxor prima Eliſabetha Siciliæ Regis filia. obÿt A. C. MCCCXLIX. II. Margaretha Iohannis Burggrauÿ Norinbergen: filia. Ex Eliſabetha fuêre liberi.*

Stephanus, Princeps rebus geſtis clarus, qui obÿt A. C. MCDXIII. vxor prima Thadæa de Mediolano. obÿt A. C. MCCC LXXXI. II. Eliſabetha comitiſſa Cliuiæ & Marchiæ. Suſcepit ex Thadæa Ludouicum Barbatum Comitem de Mortanio, qui obÿt A. C. MCDXLVII. huius vxor I. Anna de Turbonio. II. Catharina de Alanzon. Filium ex Anna habuit.

Ludouicum gibboſum Comitem de Graispach, qui obÿt A. C. MCDXLV. ſine liberis, vxorem habuit Margaretham Friderici Marchion: Brandeburgen. Electoris filiam, quæ obÿt A. C. MCDLXV.

Eliſabetham, vxorem Caroli VI. Galliarum Regis.

Fridericus obÿt A.C.M. CCC XCIII. vxor I. Anna de Graispach, & Neiſſen, obÿt A.C. MCCC LXXX.

II. Magdalena de Mediolano, obÿt A.C. MCDIV. Liberos habuit.

Iohannem, qui obÿt A. C. MCCC XCVI.

Heinricum. obÿt A. C. MCDL. vxor:

Margaretha Friderici Auſtriæ Ducis filia, quæ obÿt A. C. MCDXLVII. horum liberi.

Ludouicus: obÿt A. C. MCDLXXIX. Vxor Amalia Friderici Ducis Saxoniæ filia, quæ obÿt A.C. MDII. his fuere liberi.

Georgius, cognomento diues, obÿt A. C. MDII. deſponſata fuerat ei Georgÿ Bohemiæ Regis filia Ludmilla. Vxorem habuit Hedvvigem filiam Caſimiri Regis Poloniæ, ex qua natæ ſunt

Eliſabetha: vxor Ruperti Com. Palat. Rheni, obÿt A. C. MDIV.

Margaretha, monialis in Altenhochenau. obÿt A. C. MDXX.

Margaretha, vxor Philippi Com. Palat. Rheni obijt A. C. MDI.
Iohanna, vxor Ottonis Duc. Baioariæ, Com. Palat. Rheni, in Mospach.
Elisabetha, vxor Vlrici Com. VVürtembergen. obijt A. C. MCDLI.
Magdalenam vxorem Iohann. Meinhardi Palatini Carinthiæ, Com. Goriciæ & Tyrolis.
Margaretham.
Elisabetham vxor. Friderici Burggrauij Norimbergen.
Iohannes.
Elisabetha desponsata Ottoni Duci Austriæ.

GENERATIO XXI.

IOHANNES *Stephani senior. fil. Com. Palat. Rheni, Baioariæ Dux: obijt A. C. MCCCXCVII. vxor, Catharina Meinhardi Comit. Goriciæ & Tyrolis filia: horum coniugum liberi fuerunt.*

Ernestus.

Guilielmus III. obijt A. C. MCDXXXV. vxor Margaretha, Adolphi Cliuen. Ducis, Marchæ Comit. filia. Horum filius

Adolphus, qui obijt A. MCD XXXVII. sine liberis.

Sophia, vxor VVenceslai, Bohem: Regis. obijt A. C. MCDXXVIII. de qua Æn: Syluius postea Pius PP. II. cap. 3. Histor. Bohemicar: scribit, quod fuerit fœmina longè viro suo præstantior.

GENERATIO XXII.

ERNESTVS *Johann. fil. Comes Palat: Rheni, Baioariæ Dux, obijt A. C. MCDXXXVIII. vxor, Elisabetha de Mediolano, Barnabonis filia. liberos procreauit.*

Albertum III.

Beatricem vxorem, I. Hermanni Com. Ciliæ.
II. Johannis Baioariæ Ducis
auff dem Norgkhau.

Elisabetham vxorem, I. Adolphi Ducis Juliacen.
II. Hessonis Comit. de Laimingen.

GENE-

GENERATIO XXIII.

ALBERTVS III. BOIARIÆ DVX.

Contentus tu ALBERTE tuis aliena recusas:
O magnum magni Principis ingenium.
Felix quem Pietas magnum facit; immò PIVS quod
Dictus es, hoc magni nomine Maior eras.

ALBERTVS, Pius dictus, Baioariæ Dux, & Comes in Vohburg, Regnum Bohemiæ vltrò sibi oblatum, magna cum laude repudiauit. Obijt A. C. MCDLX. sepultus in Monasterio Heiligenperg Andex, à se restaurato. Vxor I. Elisabetha, com. Würtenbergen. filia, ex qua nullos suscepit liberos. II. vxor Anna, Erici Ducis Brunsuicen. filia, ex qua nati sunt ipsi liberi.

Albertus IV.

Iohannes; obijt A. C. MCD LXIII. ſine liberis.

Erneſtus; obijt in iuuentute.

Sigiſmundus; cui fuerat deſponſata Margaretha filia Friderici Marchionis Brandeburgen. Electoris: ipſe obijt A. C. MDI.

Albertus, deceſſit in iuuentute.

Chriſtophorus, obijt A. C. MCD XCIII. in inſula Rhodo.

VVolfgangus, obijt cælebs A. C. MD XIV.

Barbara, Monialis Monachij ad D. Iacobum.

Eliſabetha, vxor Erneſti Ducis Saxoniæ, Electoris, obijt A. C. MCD LXXXIV. die Veneris ante Inuocauit, Lipſiæ.

Margaretha, vxor Friderici, Marchionis Mantuæ.

GENERATIO XXIV.

ALBER-

ALBERTVS IV. BOIARIÆ DVX.

Iura tui generis, Boiæ gentisque tuentem
Nulla, ALBERTE, sinet, QVARTE, perire dies:
Ad belli fueras, ad pacis idoneus artes,
Propositum, haud mirum, te tenuisse tuum.

ALBERTVS IV. dictus sapiens, utriusque Baioariæ Dux, ad instar Principis ab Homero decantati.

Ἀμφότερον, βασιλῆός τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.
Βυλάσσειν ἐξάρχων ἀγαθὰς, πολεμίοντε κρύσσειν.

Transtulit hic Canonicos Illmünstren: Monachium ad D. Virginem, ibiq; collegiatam Ecclesiam auctoritate summi Pontificis erexit. obijt A. C. M D VIII. habuitq; coniugem Kunegundam Imp. Friderici III. filiam, A. C. M D XX.

defunctam

Albertus IV.

Iohannes; obijt A. C. MCD LXIII. sine liberis.

Erneſtus; obijt in iuuentute.

Sigiſmundus; cui fuerat deſponſata Margaretha filia Friderici Marchionis Brandeburgen. Electoris: ipſe obijt A. C. MDI.

Albertus, deceſſit in iuuentute.

Chriſtophorus, obijt A. C. MCD XCIII. in inſula Rhodo.

VVolfgangus, obijt cælebs A. C. MD XIV.

Barbara, Monialis Monachij ad D. Iacobum.

Eliſabetha, vxor Erneſti Ducis Saxoniæ, Electoris, obijt A. C. MCD LXXXIV. die Veneris ante Inuocauit, Lipſiæ.

Margaretha, vxor Friderici, Marchionis Mantuæ.

GENERATIO XXIV.

ALBER-

ALBERTVS IV. BOIARIÆ DVX.

Iura tui generis, Boiæ gentisque, tuentem
Nulla, ALBERTE, sinet, QVARTE, perire dies:
Ad belli fueras, ad pacis idoneus artes,
Propositum, haud mirum, te tenuisse tuum.

ALBERTVS IV. *dictus sapiens, utriusque Baioariæ Dux, ad instar Principis ab Homero decantati.*

Ἀμφότερον, βασιλῆός τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.
Βυλάσσειν ἐξέχων ἀγαθὰς, πτολεμίοντε κορύσσειν.

Transtulit hic Canonicos Illmünstren: Monachium ad D. Virginem, ibiq; collegiatam Ecclesiam auctoritate summi Pontificis erexit. obijt A.C. M D VIII. habuitq; coniugem Kunegundam Imp. Friderici III. filiam, A.C. M D XX.

defunctam

defunctam, ex qua ſuſcepit liberos; Sidoniam, quæ deſponſata Ludouico Electo ri Palatino, obiit ante nuptias, A.C. M D V. poſtridie Quaſimodogeniti.

Sibyllam, vxorem Ludouici Electoris Palatini. obiit A. C. M D XIX. ſine liberis.

Sabinam, vxorem Vlrici, Comit. VVürtembergen. obiit A. C. M D LXIV.

Guilelmum IV.

Suſannam, quæ obiit infans A.C. M C D XCIV.

Ludouicum, qui obiit M D XLV. ſine nuptijs.

Erneſtum Adminiſtratorem Paſſauien. & Archiepiſcopum Salisburgen. obiit A.C. M D LX. in Comitatu Glaz. quem ex ſuo emerat.

Suſannam vxor I. Caſimiri Marchionis Brandeburgen. II Ottonis Heinrici Com. Palat. Rheni Electoris obiit A.C. M D XLIII.

GENERATIO XXV.

GVILI-

GVILIELMVS IV. BOIARIÆ DVX.

Stemma propagantem tibi Boica terra GVILIELMI:
Moribus en priscis et pietate grauem:
Patrem expressurus si qua vsus forte fuisset,
Æmulus esse Pij posset vt egit, avi.

GVILIELMVS IV. Alberti IV. fil. Com. Palat. Rheni vtr: Baioariæ Dux: obijt A.C. MDL. vxorem habuit Jacoben, Philippi Marchionis Baden: filiam, ex qua suscepit liberos:

Theodonem; cui desponsata fuerat filia Jmp. Ferdinandi. Obijt ipse A. C. MDXXXIV. in iuuentute.

Albertum V.

Guilielmum qui obijt A.C.MDXXX. infans. Maechtildem vxorẽ Philiberti March. Baden. Tractatus quidem fuerat habitus de matrimonio inter hanc ipſam Maechtildem & Philippum Magnum Ducem Brunſuicen. & Luneburgen: ſed hic in prælio occubuit.

GENERATIO XXVI.

ALBERTVS V. BOIARIÆ DVX.

NAPOLI

Te pietas, te pulcra fides, defensaq; pacis,
ALBERTE, æterna munia laude vehent:
Vnde, tibi quantum debet tua Boica tellus;
Teutoniæ tantum debet et omne solum.

ALBERTVS V. Guilielmi IV. fil. Com. Palat. Rheni, vtr: Baioariæ Monarcha, inter cæteros Germaniæ Principes præclarum ſidus, Princeps ſapiens, magnanimus & pacificus, veræ auitæq; religionis Catholicæ ſtrenuus propugnator, & Iuſtitiæ aſſertor, naſcitur A.C. MDXXVIII. die V. Mart. obijt A.C. MDLXXIX. die Sabbathi XXIV. Octob. paulò poſt horam ſeptimam, veſperi. Vxor Anna Archiducisſa Auſtriæ, Ferdinandi Reg. filia, ex qua fuerunt ipſi liberi.

Carolus, obijt A.C. MDXLVII. quo fuerat natus.

Guilielmus V.

Ferdinandus, Princeps tam pacis quàm belli artibus clariſſimus, naſcitur A.C. MDL. die 20. Januarij.

Fridericus, obijt infans A.C. MDLI.

Maria Maximiliana naſcitur A.C. MDLII. die 3. Julij.

Maria naſcitur A.C. MDLIII. vxor Caroli Archiducis Auſtriæ.

Erneſtus Archiepiſcopus Colonien. S. Romani Imperij per Italiam Archicancellarius, Elector, Epiſcopus Leodien: Adminiſtrator Hildesheimen: Monaſterien: & Friſingen. Princeps Stabulen. Com. Palat. Rheni, vtr: Baioariæ, VVeſtphaliæ, Angariæ & Bullonij Dux, Marchio Francimonten: Comes Loſſen. naſcitur A.D LIV. die 17. menſis Septemb.

GENERATIO XXVII.

GVILIELMVS V. BOIARIÆ DVX.

Tene patriſſantem ſinerent pietaſque fideſque
Obduci turpi Dux GVILIELME ſitu.
Eſt tibi quo magis hæc virtus immo utraq; cordi.
Semper eris præſens hoc magis ipſe Deo.

GVILIELMVS V. Alberti V. fil. Com. Palat. Rheni vtr: Baioariæ Dux, verè, vt quidam, quamuis non Catholicus, de ſua Serenitate ſcriptum reliquit, patris in fouenda religione catholica æmulus, naſcitur A. C. M D XLVIII. Ampliſſimum templum in honorem D. Michaelis & Collegium ſocietatis Jeſu inſtituit, perfecit, ac tandem gubernationem Ducatus à ſe abdicauit. A. C. M D XCVII. vt repudiatis omnibus ſæculi curis & diſtractionibus, Deo &

Deo & diuinis rebus liberius vacare posset. Vxorem habuit Renatam, Francisci Lotharingiæ & Barrhi Ducis, ac Christiernæ Danorum Reginæ filiam, quæ obiit A.C.M DCII. die XXIII. mensis Maij. Liberi ex hoc matrimonio progeniti.

Christophorus, nascitur A. C. M D LXX. die XXIII. mense Jan. moritur eadem hora, Fridpergæ.

Christierna, nascitur A. C. D LXXI. obijt.

Maximilianus, nascitur A. C. M D LXXIII. die XVII. mens. April.

Maria Anna, nascitur VIII. Decemb. A. C. M D LXXIV. vxor Ferdinandi Archiducis Austriæ.

Philippus S. R. E. Card. Episcopus Ratisponen. Princeps ad maxima natus, si vita superfuisset; nascitur A.C. M D LXXVI. die XXII. mensis septemb. obiit XVIII. Maij A. C. M D XCVIII. sepultus Monachij in templo D. Virginis.

Leonora Magdalena, nascitur A. C. M D LXXVIII. die VII. mens. Octob. obijt. ætate mense septimo, Monachij.

Ferdinandus, Electus & confirmatus coadiutor Colonien: Leodien: & Stabulen. Administrator Berchtesgaden: Com. Palat. Rheni, Baioariæ Dux.

Carolus nascitur A. C. M D LXXX. die 3. Martij, Monachij, obijt A. C. M D LXXXVII. Salisburgi.

Albertus nascitur A. C. M D LXXXIV. die XIII. mens. April. præclarissimæ indolis, maximæq; expectationis Princeps, & quidni cum fortes creentur fortibus & bonis, cui accedit omnium effectrix bonorum, diligentissima à teneris institutio, in optimis artibus, ijsq; rebus quæ olim virum Principem decent.

Magdalena nascitur A. C. M D LXXXVII. die IV. Julij

GENERATIO XXVIII.

MAXIMILIANVS BOIARIÆ DVX.

Degeneres animos fas est & obliuio tollat.
MAXMILIANE, patrem tute referes et auū.
Ergo quando sinent pietasque fidesq; priores
Patriis auique decus. tu quoq; nullus eris.

MAXIMILIANVS, Guilielmi V. fil. Alberti V. nepos, tantis dignus progenitoribus Princeps, religionis Catholicæ, quæ à Carolo Magno in hodiernum diem apud inclitam hanc familiam ceu hereditario Jure perpetua serie permansit, amantissimus: cuius Serenitati Deus Opt. Max. longissimam vitam & felicissimam gubernationem largiri dignetur. Uxor Elisabetha, Caroli Lotharingiæ Barrhiq; Ducis filia: nuptiæ celebratæ, A.C. MD XCV. mense Feb.

FINIS.